

VINCENTINI

MANCINI I. V. D.

IN ROMANA CVRIA ADVOCATI  
CELEBERRIMI.

DE CONFESSIONIBVS  
tam iudicialibus, quam extrajudicialibus:

*In causis Ciuitibus, Criminalibus, & mixtis, in quocunque  
foro Procuratoribus, Aduocatis, & alijs quibuscumque  
Causidicis utilis, & necessarius*

T R A C T A T V S.



ROMÆ, Apud Iacobum Mascarum. M.DCXI.

SUPERIORVM PERMISSV.

*J. Anony Bernardus Falova Prothomast.*

ILLVSTRISS.<sup>MO</sup> ET REVER.<sup>MO</sup>  
D. SVO COLENDISSIONO  
FLAMINIO PLATO  
CARDINALI AMPLIIS.

VINCENTIVS MANCINVS FOELICITATEM.

**N**VLLA, vt opinor, Illustrissime Domine præstantior materia reperitur quam confessionis, siue illa Sacramentalis, & diuina, siue ipsa prophana, vel extrajudicialis, vel iudicialis propo- natur. Siquidem si de Diuina tractetur, quid ea diuinius, altius, aut utilius humano generi exco- gitari valet, qua media his qui contritus humili- ter Sacerdoti scelera propria confitetur, diuinam pietatem ita prouocat, & fere obstringit, vt di- xerit Propheta: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti im- pietatem peccati mei. Si de prophana, aut iudi- ciali, aut extrajudicali discutiatur, eius sunt per- multi, & præclarissimi effectus in præsenti ope- re specialiter recensendi: Et tacitis modo reli- quis, haud exiguus est ille effectus, vt sponte delictum confessus, etiam ex iuris communis di-

# Proemium.

**C**ONFESSIONIS materiam tractaturi,  
quæ & per pulchra est, & in forensibus causis  
frequens, & assidua, ac in practica peruti-  
lis cū à nemine nostrorum maiorum plenè tra-  
ctata sit; Ut quod fieri potest ordinatus proce-  
damus, quoniam variae questiones diuersæq; conclusiones di-  
scutienda venient, ad faciliorē omnium explicationem, il-  
lam in sequentib; capitib; distribuere libuit.

## Operis diuisio.



**GEMVS** in primo Capite de ipsa confessio-  
ne in genere, plura de eius natura, viribus, &  
effectibus, aliisq; ad ipsius materiam spectan-  
tibus relaturi: Quibus in genere sic præmissis  
ad particularia capita, ad certum scopum ten-  
denta, deueniemus, imitantes Iurisconsultum  
in l. i. ff. si cert. petat.

Secundo in capite agetur de extra judiciali confessione,  
quæ, ut re ipsa patet, erit discussio perutilis & oportuna.

Tertium autem caput continebit vires, & efficaciam iudi-  
cialis confessionis, adiectis pluribus, ac pulchris ad materiam  
questib; Pleneq; tractabitur quas habeat vires in causis  
criminalibus, seu iudicialis sit, seu extra iudicialis, seu spon-  
te, seu in tormentis, aut eorum metu facta confessio.

Quarto in capite agetur qualiter & quando confessio, siue  
iudicialis, siue extra iudicialis valeat revocari.

In quinto capite tractabitur de confessione sine causa, &  
eius effectu.

Sexto in capite enucleabimus vires, & effectum & tacitæ,  
& fidei confessionis.

# Caput Primum.

D E

# CONFESSIO, IN GENE E.



**C**ONFESSVS pro iudicato habetur; adl. 2. ff. & C. de confess. Quod quomo-  
do procedat, dicetur infra, num. 75.

**2** Nulla est etenim maior probatio, quām  
ipsa cōfessio, quæ dicitur *Regina proba-*  
*tionū, omnesq; alias superat Rolan. cons.*  
*21. nu. 3. lib. 1.* Et vt inquit Rimin. Iun. in conf. 502. nu.  
*3. lib. 5.* est omnium probationum *Illustissima. Exor-*  
*natq; idem in conf. 242. nu. 64. 65. & seq. lib. 2. & in con-*  
*sil. 415. nu. 31. lib. 4. Aym. conf. 75. nu. 1. Menoc. in lib. 1.*  
*Præsumptio. quæstio. 1. nu. 37. Ianuen. decis. 6e. nu. 1.*  
*Vocaturq; probatio superlativa, ad Bero. in conf. 16. nu.*  
*2. lib. 2.*

**3** Et omissa in hac triviali regula concordantium cu-  
mulatione, de eius, autoritate est textus in l. cum re. C.  
de transact. Illius enim continentiae confitens acquiescere  
debet; quoniam, vt inquit Iustinianus Imperator in l. ge-  
neraliter. C. de non numer. pecun. Nimis est indignum  
quod sua quisq; voce affirmauit id postmodum infringe-  
re velle.

Nec tamen defunt volentes quod confessio non sit ve-  
ra probatio, sed relatuio ab onere probationis. Ancaran.  
in quæst. 1. nu. 11. & 17. Menoc. quæst. 61. nu. 6. lib. 1.  
Præsumpt.

**4** Hinc scaturit quod partis confessio præualet dictis te-  
stium

Imprimatur P. Paulus de Fratello de Lucca Lc  
et Sociis Recensendij Parva M. Sec. I. Ap.



REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.  
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnia sunt folia integra præter Ll semifolium.



ROMAE,

Superiorum permisso.

